

concessi, & hac presentia carta mea confirmavi de me & heredi- bus meis in perpetuum, Nicholao de Crumford pro quadam summa pecunie mihi per manus data, vnum capitale mesuagium edificatum, & vnam bouatam terrae, cum prato & omnibus pertinentiis suis sine aliquo retinemento, illam videlicet bouatam terrae cum pertinentiis quam Willielmus Mahenney quondam pater meus habuit & tenuit in villa & territorio de Banquell: & octo acras terrae arabiles, & vnam particulam prati diuisim iacentes in campis de Banquell. &c. Habend. & tenend. ipso Nicholao & heredibus suis vel suis assignatis in feodo & hereditate, liberè, quietè, benè, & in pace, cum omnibus libertatibus, & aiffamentis in omnibus rebus & locis infra villam de Baquel & extra, ad præd. terras & tenementa cum pertinentiis pertinentibus de capitali domino de Banquell. &c. Et ego Williel. & heredes mei omnia prædicta terras & tenementa cum omnibus pertinentiis suis vt (prædictum est) dicto Nicholao & heredibus suis vel suis assignatis contra omnes gentes warrantizabimus. In cuius rei testimonium presentia scripto sigillum meum apposui: His testib. Domino Ioanne de Ofemondilton perpetuo Vicario de Banquell, Math. de Reynedon, Math. Drabill, Elio de Banquell, Rich. de Yollegraue, Rogero Filio Yoke de Banquell, & alijs.

8. An other evidence concerning the like.

Sciatis presentes & futuri quod nos Thomas de Billeston Clericus & Leticia vxor mea, dedimus, concessimus, & hac presentia carta nostra confirmauimus Gerardo Filio Alexandri de Wiston & Cicilie vxori suae, omnia illa burgagia, mesuagia: gardina, curtillagia, terras, tenementa, prata & edificia, feldas cum redditibus, seruitijs, pascuis, communis, pasturis & ceteris omnibus pertinentiis suis in feodo de Banquell, quae habuimus ex dono & scotamento dicti Gerardi: Habendum & tenendum dictis Gerardo & Cicilie vxori suae ad totam vitam eorumdem de nobis & heredibus nostris, liberè, quietè, benè, & in pace, cum omnibus suis pertinentiis: faciendū inde annuatim nobis & heredibus nostris, prædict. Gerardus & Cecilia ad totam eorum vitam, vnum denarium argenti ad festum S. Michaelis, & faciendū etiam pro nobis & heredibus nostris capitali Domino feodi illius seruitia, inde annuatim debita & consueta. Et nos vero prædicti Thomas & Leticia & nostri heredes omnia prædicta burgagia, mesuagia, gardina, curtillagia, terras, tenementa, prata & edificia, feldas cum redditibus, seruitijs, pascuis, communis pasturis, & ceteris omnibus pertinentiis suis prædictis Gerardo & Cecilie ad totam vitam eorumdem contra omnes gentes warrantizabimus. In cuius rei testimonium huic presentia carta nostra sigilla nostra apposuimus: His testibus, Thoma de Beley, Radulpho Cotterrel Wil de Cræford, Williel. de Gratton, Nic. de Crumford in Banquell, Rad. Berario in eadem, Rob. de Walley in eadem, & alijs.

9. An other evidence touching the same.

Vniuersis ad quos presens scriptum peruenerit, Leticia quae fuit vxor Thomae de Bylleston, salutem in domino. Noueritis me in pura viduitate mea concessisse & confirmasse pro me & heredibus meis Gerardo filio Alexandri de Wyfion, & Cecilie vxori suae omnes terras & tenementa cum omnibus pertinentiis suis in Banquell, quae idem Gerardus & Cicilia vxor eius habent ex concessione Thomae de Bylleston quondam viri mei: Habendum & tenendum eisdem Gerardo & Cicilie ad totam vitam eorumdem de me & heredibus meis liberè, quietè, cum omnibus pertinentiis suis: faciendū inde mihi & heredibus meis vnum denarium argenti ad festum S. Michaelis, & faciendū inde pro me & heredibus meis capitalibus Dominis seruitia inde annuatim debita & consueta. Et ego præfata Leticia & heredes mei prædicta tenementa cum pertinentiis prædictis Gerardo & Cicilie ad totam vitam eorumdem contra omnes gentes warrantizabimus. In cuius rei testimonium presentibus sigillum meum apposui: His testibus Rob. le Walley, Rob. le Taylor, & alijs. Datum apud Banquell, die veneris proximo post festum Annunciationis beate Mariae, anno regni Regis Edwardi filij Regis Edwardi nono.

10. An other evidence touching the like matter.

Sciatis presentes & futuri quod ego Williel. dictus Basket, decessi, & hac presentia mea carta confirmavi Ioanni de Bradstune Clerico & Alicie vxori suae, & heredibus de corporibus eorum exseruitibus, vnam particulam curtillagij mei (videlicet) centum pedes in longitudine, & triginta in latitudine, cum omnibus pertinentiis & aiffamentis, eidem placeam pertinentibus: Habendum & tenendum eidem Ioanni & Alicie & eorum heredibus legitime procreatis, liberè, quietè, benè, & in pace in perpetuum, reddendo inde annuatim mihi & heredibus meis vnum denarium Rose ad festum Natiuit. S. Ioannis Baptiste pro omnibus. Et ego prædictus Williel Basket & heredes mei prædictam placeam cum aiffamentis contra omnes gentes warrantizabimus & contra omnes gentes defendemus. Et si contingat (quod absit) quod prædictus Ioannis & Alicia sine heredibus de corporibus eorum legitime procreatis obierint, quod prædicta placea sine alicuius

Alia Carta dicti Wil. Mahenney facti dicto Nich. de Crumford de vno capitali mesuagio, & diuersis terris in villa & territorio de Banquell in Com. Darb.

Carta Thomae de Bylleston Clerici & Leticie vx. eius facti Gerard. et Cecilie vx. suae, de certis terris in feodo de Banquell in Com. Darb.

* Note to have and to holde of the priest, his wife & their heyres, during the liues of the feoffors for a peny yearly rent.

Scriptum W. Basket facti Ioanni de Bradstune Clerico Alicie vx. suae, & heredibus de corporibus eorum exseruitibus.

contradictione reuertatur. Et vt hec mea donatio, concessio, & presentia cartæ meæ confirmatio rata sit & stabilis permaneat, huic presentia cartæ sigillum meum apposui: His testibus, Richardo de Longdun, Rob. Brag, Rog. Gerard, Thoma le Plumer, Ioanne Glarkion & alijs. Datum apud Yelgrae in selko S. Ioannis ante portam Latinam. Anno Domini 1143.

I. An other evidence touching the same.

Sciatis presentes & futuri quod ego Rogerus le Potter hæres Alicie filie Williel. de Downedale de parua Ridware dedi, concessi, & hac presentia carta mea confirmavi magistro Richardo de Hampton Clerico & Margaretæ vxori eius, & heredibus vel assignatis prædicti Rich. & Margaretæ omnes terras & tenementa mea que habeo in diuersis locis in feodo de parua Ridware: Habend. & tenend. omnes prædictas terras & tenementa cum pertinentiis eorum prædictis Rich. & Margaretæ vxori eius & heredibus vel assignatis prædicti Rich. de capitali Domino feodi illius per seruitia debita & de iure consueta, liberè, quietè, benè, & in pace in perpetuum. Et ego verò prædictus Rogerus & heredes mei omnes prædictas terras & tenementa cum omnibus pertinentiis eorum, prædictis Rich. & Margaretæ vxori eius & heredibus vel assignatis prædicti Rich. contra omnes gentes warrantizabimus & defendemus in perpetuum. In cuius rei testimonium huic presentia cartæ sigillum meum apposui: His testibus, Thoma de Pipe, Rich. Iulian, Roberto Ka, Edmund le Walshemon, Williel. le Flecher, & alijs. Datum apud paruum Ridware die Lunæ proximo post festum S. Gregorij Papæ, Anno regni Regis Edwardi 3 post Conquestum 28.

Scriptum Rogrele Potter facti M. Rich. de Hampton Clerico & Margaretæ vx. eius, de terris in feodo de parua Ridware in Com. Suff.

Dated An. R. Edw. R. 3. 28. which was An. 1153.

M. Iohn Ford hath 11. peeces of Evidences for priestes marriages.

The originals of these 11. peeces of evidences last recited I receiued, in the writing of this story, of a right honest and worshipfull Gentleman called M. Iohn Ford, a student of the lawes in the Inner Temple: in whose handes (I trust after the finishing of this story) shall remaine to be seene of them that shall desire the same.

1. The copies of other Evidences touching the same matter, receiued of Master Iohn Hunt.

Sciatis presentes & futuri quod ego Phillippus Poupu de parua Bradley, dedi, concessi, & hac presentia carta mea confirmavi Henrico de Denardistone Clerico & Alicie vxori eius, pro seruitijs eorum & pro quadam summa pecunie quam mihi dederunt præ manibus in gersumam, vnam peciam terræ mez arabilis cum omnibus pertinentiis, siue habeatur plus siue minus, prout bundæ testantur, in campo vocato Greencroft, in villa de parua Bradley, iacentem inter terram meam ex parte vna, & terram prædicti Henrici ex parte altera, vno capite abuttante super Coemeterium de parua Bradley, & alio capite abuttante super terram prædicti Henrici: Habend. & tenend. de capitalibus Dominis feodi prædict. Henrico & Alicie vxori eius, hæred. & assignat. dict. Henrici, vel cuiuscunq; vel quibuscunq; dict. peciam terræ cum omnibus pertinentiis: dare, vendere, legare vel assignare voluerint, liberè, quietè, iurè benè, in pace in perpetuum & hereditariè: Reddendo inde annuatim capitalibus Dominis feodi seruitium inde debitum & consuetum, videlicet vnum obulum ad Natiuitatem beati Ioannis Baptiste pro omnibus seruitijs, consuetudinibus, auxilijs, curiarum sectis, & secularibus demando. Et ego prædict. Phil. hered. & assignat. mei warrantizabimus prædictam peciam terræ cum omnibus pertinentiis, prædictis Henrico & Alicie vxori eius, heredibus & assignat. dict. Henrici, contra omnes gentes in perpetuum. In cuius rei testimonium, huic presentia scripto sigillum meum apposui: His testibus, Petro de Walspol. Rich. de Hanule. Williel. Wastell, Hugone Wastell, Thoma de Bures, Williel. Picot, Laurentio Picot, Williel. le Heyward, & alijs.

Carta feoffi. Phil. poup. de parua Bradley, facti Henrico de Denardistone Clerico & Alicie vxori eius, de terris in villa de parua Bradley in Com. Suff.

2. An other evidence touching the same.

Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit, Williel. le Bygod, salutem in Domino sempiternam. Nouerit vniuersitas vestra me dedisse, concessisse, remisisse, ac omnino tam pro me quam pro heredibus meis in perpetuum, quietu clamesse Hærico de Denardistone Clerico & Alicie vxori eius, hered. & assignat. eorum totum ius & clameum quod habui vel habere potui aut potero in omnibus redditibus, homagij, wardis, reliquijs, eschaetis, libertatibus & omnibus pertinentiis suis, que in aliquo modo seu tempore facere debuissent vel consueuerunt pro terris & tenement. que quondam fuerunt Rich. Poup, in villa de parua Bradley, & in alijs terris & tenement. que vel quis prædict. Henr. & Alicia tenent vel teneuerunt de me seu de feodo meo die consecrationis presentium in prædicta villa de parua Bradley: Ita quod ego Williel. prædict. nec hered. mei nec aliquis nomine nostro amod in præmissis aliquid iuris vel clamei aliquo modo exigere vel vindicare poterimus in perpetuum. In cuius rei testimonium, huic presentia scripto sigillum meum apposui: His testibus, Ioanne Maueysin, Rich. Berca. Henr. Maueysin, Ioh. Berca, Williel. Wastell, Hug. Wastell. Wil. Attegrene, Walt. Berca, & alijs.

Carta relaxationis Williel. le Bygod tunc Domini de parua Bradley facti Henrico Denardistone Clerico & Alicie vxori eius, & eorum heredibus.